Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XVIII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

utrumque se in scutum sui certaminis medium immisisset.
Paris autem tunc erat in campis cum ipse tunc sine
armis spontanea voluntate exivisset. quod quidem
percipiens Menelaus morti tradere eum facilius
putavit. Eneas non immemor militari cau-
tela, pro eo quod Paris non erat armatus, ipsum
ad civitatis presidia commeavit, ne forte eum
offenderet Menelaus. Sed Hector Menelaum
aggreditur capere intendens eum, sed ei voto frustratur
est statim, pro eo quia ei succursu accessit in-
numerabiles quantitates pugnancium, quorum ipso di-
misso cum suis in turmas Grecorum irruit, ipsos
interficiat qui sua suorum potencia. Greci sunt da-
re terga coacti. Troianis Grecos insequenti-
bus fugientes. Sed vergente die ad solis occa-
sum bellum dirimitur, et utrique partis acies
mutuo separantur. Liber decimus sexta-
nus de quinto bello. V.

Troianis igitur intrantibus Civitatem et
portis in eorum firmitate conclusis suffi-
cientibus excubiis ordinatis qui fuerunt
bello lacerati nocte quiescentes comode se dederunt. Ma-
ne non facto Rex Priamus statuit eo die non
esse bellandum, sed per quibusdam secretariis suis
misit Hectorem, Deiphebum, Paridem, Troylo, Dey-
phebo, Polidamas, Anthenorem et Eneam, ut
ad ipsum accederent. ipsis venientibus et residentibus
coram eo. Rex Priamus eis dixit. Ha bona. Ne-
scitur quali Regem Troianum causam nunc teneat

inclusi, qui in multa tironis audacia non
offendissent a nobis in nostre Civitatis exterminium
quorundam personarum excidium inferentes. Accessit ergo
vestri michi videtur ut predictos iniqua morte
puniret. qui voluit nos punire vel sit furca | Nota de furca.
suspensus vel alio modo nequiter detruncatur.
quid vobis videtur predictos salubri consilio pan-
datur. Eneas autem qui primus ad regis verba
respondit humiliter dixit Regi. Absit a vobis | Consilium bonum quesitum in sensu cum Regis Troianis.
domine mi Rex, quod ad tantum facinus vestra nobili-
tas perturbatur. Cum rex Thoas sit de melio-
ribus Grecie militibus suffultus consanguineis
et amicis. Et nos cum habeamus multos qui
capti sunt nobis possent eorum aliquos a Grecis
interfici, quem Greci simili pena afficerent cum
nobis. quod forte per maxima mundi pretia vos
sic factum esse aliquatenus non velletis. Et sic
magis re vera salubre sit. Regem Thoas
captum salubriter gubernare, qui per aliquem nostrorum
in bello similiter intercepto possit recuperacionis
beneficio commutari. Hector autem Enee consilium
ut puta laudabile satis probat. Sed Rex
Priamus ad hunc multorum suorum intencione
persistens. Iterum dixit eis. Si sic decrevistis
faciendum. Iam Greci putabunt nos sic
esse repente confusos quod de offendentibus nos
non habemus audaciam faciendi vindictam
nec ulcionem quamvis totus debeat in iuri iudicii
consilio conquiescere. Et sic consilio fine facto.

Eneas ad uidendum Helenam se uelle dixit
accedere. Cum Troilum et Anthenorem secum
ducat et eius intrantibus aulam pulcritudinis
ubi tunc Regina Hecuba que cum Helena re
sidebat in comitiua multarum nobilium mulierum.
Eneas cum Troilo nisi sunt Helenam multis
affectuosis sermonibus confortare. Quam Re
gina Hecuba ut potuit sapiens et discreta
eos ad inuicem personarum eorum euentus Tro
ie. Regis Priami satis deuotis obsequiis
fuit ortata. Greci uero interim se de dampnis eorum
conqueruntur. et dicunt se fuisse maxima fa
tuitate detentos qui ad tam grauia dispen
dia personarum eorum quare se submittere uolue
runt. A quibus potuerunt se tunc salubriter
abstinere. Eadem autem nocte aer obduc
tus multa caligine tenebrarum multas aquo
sas diffundit pluuias imbrium ibrium
tempestate uelut si nubes numquam pluuias
effundissent uel quasi forte dii uellent terris
effundere deucalionis diluuium iterato. Et
quod fuit ipso grauius ea nocte uentorum rabies
tanta et tam grauis inualuit quod omnia Grecorum
tentoria uiolenter a sola statione deiecit.
Propter que Grecis magna doloris et laboris sup
uenit anxietas. Sed demum nocte fugata
fugerunt tenebre earum sociae tempestatum
cum adueniente die splendor sereni apparuit
qui totam terre faciem illustrauit. Tunc

Greci armis eorum protinus induuntur ad bellum
procedere festinantes. Achilles primus inter Grecorum
acies campum petit. Deinde Dyomedes. Aga
menon. Menelaus. Et Athenarum dux. Achil
les autem primus in hupon grandem gigan
silem Regem Clarissa impetuose irruit quem sic
cum sua lancea Achilles impulit quod percussit
quod ipsum mortuum prostrauit ab equo. Rex
Orthuen autem aggreditur Hectorem quem Hector
protinus interfecit. Dyomedes Regem Anpium
contra eum bellantem in mixta uirtute peremit.
Tunc duo Reges quorum unus uocabatur
Epistropus et alius Cedius in bello se ingerunt
in Hectorem irruunt. Sed Epistropus contra Hec
torem quem bene cognouit multis contumelio
sis uerbis insultat et post uerba in eum impetum fa
ciens ipsum cum lancea sua uiriliter impulit
se a sella ipsum non potuit remouere. Quare
iratus Hector uerbis eius et factis ipsum aggreditur
et eum crudeliter interemit. et dixit aduersus
eum contumeliosa uerba que diffundebas
enormiter inter uiuos. uade et animo inter
mortuos si potes et potes effundere. Cedius
uero uidens mortuum Regem Epistropum fratrem
suum multo dolore torquetur et inter sui do
loris angustias mille milites suos quos
cum multis aliis in adiutorium Grecorum adduxerat
statim conuocat et mandat eisdem quod cum eo Hec
torem insequantur ut ipsum interficiant et

Nota mortem Regis huppon per Achillem
Nota mortem Regis Ortyonei per Hectorem
Nota mortem Regis Anpii per Dyomedem
De morte Regis Epistropi per Hectorem

de morte fratris sui optatam consequi valeret
ulcionem. Rex morum perdidit milites. Cum
Rege Cedio. Hectorem invenerunt, ipsum inve
nerunt inter turmas, qui eum iam iam abequo
deiecit. Sed Rex Cedius cum extenso
brachio, cum ense suo putat ipsum letaliter
vulnerare. Hector qui vidit ictum extenso
brachio venientem. Regem Cedium in ipso bra
chio percutit, sic quod ipsum brachium ab humero

De morte Regis Cedii per Hectorem

dividens. Regi Cedio detruncavit, et ipsum Regem
Cedium appropinquans, qui iam ab equo ruebat
ipsum penitus interfecit. Eneas vero Regem Amphi
macum bellantem interfecit. Menelaus autem
Rex. Item Athenarum. Item Rex Thelamon,
Rex Ulixes. Rex Dyomedes. Rex Archalaus
Rex Mathon, et Rex Agamenon, cum eorum
aciebus omnibus bellum intrarunt. Iam sol diei
medium constituerat cum omnes greci concientes
in unum simul irruunt in troianos, qui eorum
virtutis audacia, sic Troianos graviter
oppresserunt, quod eos urgente necessitate converterunt

De morte Regis Philis per Achillem

in fugam. Tunc Achilles Regem Philis bel
lantem, cum eo in sua potencia unum interfecit.
Sed Hector exinde multo furore baccatus
duos de regibus grecorum interfecit. Regem Ur.
Appinor. et Regem Dorimis. Tunc Troiani
in virtute Hectoris sic animati debellantes ceperunt
recuperant, quod diutius grecos premunt. Sed et Rex

Illius pro... vonti qui ... grecorum fuit.

Epistropus, tunc in Civitate Troiana, cum
suis exiit cum tribus milibus pugnancium
qui omnes bello viriliter se immiscent. Grecos
impetu invadunt, et confundunt. Et multo forcius
grecos quod idem Rex Epistropus, quendam
sagittarium secum duxit. Hic autem sagittarius

Nota de sagittario medio homine.

ab umbilico inferius erat equus, et ab
umbilico superius erat homo, et in omni sui parte,
tam inferius quam superius coopertus erat crinibus
in eo pilis equinis. Facies autem eius, hanc
similitudinis esset humane, tota enim rubea
igneum colorem habens ac si carbo esset accensus
et equinos ex ore producebat ignitos. Oculi
autem eius erant splendidiores facie in ignis
ardore, cum duas ardentes flammas igneas
protenderent, propter quod intuentes horrore maximo
deterrebat. Hic nulla armorum tutella vestitus
erat. Cum arcum in manu, quadam faretra
plena sagittis. bellum intravit. In cuius in
gressu, equi bellancium valde penitus non ob
stante, quod absessores eorum multis eos stimulis
calcarium pungebant, retrogradi sunt subito
qui incipiebant in fugam. Sed cum magno labore
bellantes ipsum detinuerunt in bello, non minus
ipsi bellantes ipsi sagittarii impetum dubitan
tes, qui in arcu cum sagittis suis grecos plurimos
interemit. Hector autem interim ducem Selemin

Dux Selemin occiditur ab Hectore.

Polixenarium, qui adversus eum in prelium prosi
liebat occidit, et ita mortuus expiravit.
Dum igitur sagittarius interficiendo grecos perim

mas discurrit et Troianum audelius insisteret, ut grecos in fugam deuectos coherceret, omnes ad tentoria sua festinarent, quos Troiani usque ad sua tentoria sunt secuti. Ubi mirabilis casus emersit. Nam dum sagittarius grecos fugientes cum eo grauiter infestaret, et Troiani grecos in tentoriis eorum opprimerent, Dyomedes qui fugiens ad tentoria properabat cum uno de papilionibus in sagittarium incidit, quem nullo modo uitare potuit propter troyanos qui cum multis ambulabant. Ergo necessarium fuit plurimum Dyomedi ut inuitus et dubitans in sagittarium irruisset. Nam si non uoluisset recte reddere, cum ipse fuisset grauiter uulneratus, in manibus hostium madebat, quem uiuere nullatenus permisissent. Sagittarius ergo dum Dyomeden in sua sagitta percuteret,

Occiditur Sagittarius a Dyomede.

Dyomedes cum ense suo tam uiriliter percussit ipsum in extremo quod mortuum ipsum deiecit in terram. Interim greci campum recuperant. Troiani iam necessario recedunt. Hector uero in Achillem irruit in equo suo celeri cursu nomine galathea, quem dum irruisset, Achilles irruit in eorum ictibus lanceis se ab equis deiciunt. Sed Achilles prius equum suum celer ascendit, qui equum hectoris galathea manus extendens cepit cum ipsum satagens asportare. Hector autem irruit ad suos potenter exclamat ne equum suum abire permittant, propter quod infiniti

De pugna inter Hectorem et Achillem et qualiter se ab equis deiciuntur

Equus hectoris nomine galathea.

milites ad ipsius equi recuperationem uiriliter intendentes irruunt in Achillem, et graue bellum committitur inter utrosque. Sed fratres hectoris naturales in militari uirtute bellantes uiolenter extra partem de manibus detinentium galatheam eripiunt, et illi hectori restituunt exinde letanti. Verum dum hec inter utrosque in multorum excidio gererentur, et Anthenor inter grecorum acies bellando discurreret, greci in militari pugnacium continua Anthenorem capiunt, et captum ad tentoria eorum mittunt. Set cum iam dies declinasset ad uesperas, et sole iam uergente inclinaret ad occasum, non obstante quod Polidamas Anthenoris filius quem sui patris non modicum fuit captio precipitare ipsius militum commisisset in bello, tamen eo die superuenientibus noctis tenebris prelium fuit diruptum.

De captione Anthenoris.

Liber decimus nonus in quo agitur de sexto bello. R.

Sequentibus igitur diei aurora surgente solis splendore circumquaque diffuso, utrisque partis aciebus incipiunt egressis bellum letale committitur inter utrosque, et tota illa die usque ad noctis tenebras est pugnatum. Multi fuerunt eo die interfecti de grecis sed plures de Troianis. Nam grecis tunc melior pars successit in bello. Sed illius diei superueniente nocte non fuit amplius preliatum. Sequenti uero die Greci Dyomeden et Ulixem ad regem Priamum transmisere legatos ut treugua

Bellum asperrimum quod tota die durauit.

Ambaxiatores ad petendum treuguas per tres menses

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg